



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Gregorio theodoro [et] leone confessoribus. Cap[itulum]. cvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse augusti occurrētibus Fo. cci.

In desertū abire precepit. Et ecce angelus dñi apparuit: et replū circumvolans in quartuo: angulis signum crucis digito suo sculpsit: admons populū: vt idē signo frontibus suis imprimeret: et demonē non timeret. Tunc ostēdit eis ethiōpē nigerrimū: facie acuta: barba prolisa: crinibus vsq; ad pedes protēsis: oculis igneis scintillas emittentib; flāmas sulphuris et ore spirantē ac naribus: catenis quoq; igneis rostro vinctū manibus: dices populo q̄ ille deus eoz esset: quē hactenus coluissent. Quē exolues in desertū locū iussit abire: et ibidē vsq; ad diē iudicij cōmanere. Ille autē solut; cū magno strepitu et vultu discessit. Angelus autē dñi cunctis vidētibus ad celos euolauit. Tunc rex cū vxore et filijs et oī populo baptizaf: et relicto regno apostoli discipulus efficit. **¶** Hoc vidētes rēploz pontifices cōgregati ad regē astyagem fratrē eius maiorē cōuenerūt: cōquerentes de deozū suorū amissione: et regis per artes magicā deceptione. Astyages igit rex indignatus misit mille viros armatos ad apostolū captū: quē corā se adductū interrogauit: cur fratrē suū peruertisset. Apostolus hō se illū nō peruertisse sed cōuertisse respondit. Et cū rex eidē cōminaret: q̄ faceret eū deū suū relinqueret: et deos suos adorare. Ecce subito regi nunciatur: q̄ deus suus balach cecidisset: et cōmīnatus fuisset: qd̄ rex audies purpurā: qua indutus erat: scidit: et apostolū iussibus cedit iussit: deinde in cruce ipm̄ extensum viuū excolari mādauit: qui excolatus est. ix. kalē. septēbris. Eūq; pelle nudat; adhuc viuus permansisset: et excolatus: dñm predicaret: et multos tantū cernentes miraculum conuertisset: iussu regis decollatus est die sequēti videlicet. viij. kalen. predicti mensis. **¶** Propter hoc quidā eius festum celebrāt die precedenti: agētes memoriā martyrii excolationis: quidā die sequēti agētes memoriā decollationis. Auententes autē in numerabiles populū. iij. ciuitatū: que per eum crediderāt: vna cū rege polemio: corpus eius cū gloria sepellerūt: et ecclesiā mire magnitudinis in eius noīe construxerūt. Die hō. xxx. eius passionis rex astyages cū pontificibus a demō mouerati veniētes ad tumultū eius et apostolatus ei; cōfiteres mortui sunt. **¶** Cū autē ppter signorum multitudinē pagani viderent corpus eius populū frequētā visitari: indignati ipm̄ extumularūt: et loculo plumbeo impositū in mare sacrauerūt. Quod diuino nutu vndis supernarans ad insulā liparis delatū: ibiq; a fidelibus collectū digna veneratione cōditū est: vbi multo tpe quiescit. **¶** Anno autē dñi. cccxxi. saraceni ficitā inuadētes liparitanā insulā vastauerunt: ac eius sepulchrū confringētes: ossa apli disperferunt. Illis ergo recedentibus apparuit aplus quidā monacho: mādans vt ossa sua: que dispersa fuerāt: colligere curaret. **¶** Et cum

monachus interrogasset: quomodo inter tot assilorum ossa eius cognoscere posset: ait vt nocte ad ea colligenda iret: et ea que vt ignem splendidiſſima videret: protinus leuaret. Que omnia: vt dixerat: monachus inueniens: ossa leuauit: et nauē cōscendens beneuentū: que metrospolis est apulie transtulit. Que inde processu temporis rome dicitur fuisse translata.

**¶** De sancto Polemio episcopo. Cap. ciiij.



**P**olemius episcopus

discipulus fuit beati bartholomei: apli q̄ rex fuerat i india inferiori: cuius filiā lunaticā idē apostolus a demonis obsessōe liberauit: et ipsum regem cū omni familia et regno ad christum conuertit. Qui relicto regno discipulus christi effectus est: et post passionem apostoli ab omni clero et populo in episcopus ordinatur: qui in christi nomine et apostoli bartholomei etiam miraculorum signa faciebat. Fuit quoq; in episcopatu annis. xx. Et in perfectione multa fide christi in ipsis partibus auxit: ac laudabiliter viuens plenus virtutibus ad deum migravit: sepultus ad pedes eius magistri.

**¶** De sanctis trecentis martyribus qui dicuntur in massa candida. Cap. cv.



**M**artyres

sancti qui dicuntur in massa candida fuerunt trecenti martyres apud cartaginez pro christo passim tempore valeriani et galieni imperatorum. Fertur enim inter alta supplicia: tūc a prefide libanū calcis accensum: et in ore eius prius cum thure exhibitas: et presidem sanctis dedisse optionem alterius ex duobus: aut thura super ipsos carbonēs offerre iout: aut in calcem demergi. Tunc trecenti viri fide armati icti rapidissimo: christum dei filium fatentes se in ignem intecerunt: et inter vapores calcis puluere ignitos demersi extincti sunt. Et quoniam ille candidatus beatorum exercitus: massa candida meruit appellari: massa propter numerū: candida propter meritum. Qui passi sunt ix. kalēdas septēbris. Nec adeo et hieronymi martylogio. Fuerunt et alijs innumerabiles martyres qui similiter appellantur massa candida: de quibus infra suo loco: videlicet. iij. nonas nouembriis.

**¶** De sanctis Gregorio theodoro et leone confessoribus. Cap. cvj.

B



**Gregorius**

**G**regorius? et leo confessores tēpore constantij imperatoris apud in sulaz samū claruerūt. Qui ex partibus orientalibus orti: quo ad seculū milites impertales: corde hō deo militātes pro fide xpī martyrium desiderabant pati. Gregorius em̄ senex venerāda canicie et sapientia decoratus. Theodorū fe re. xxx. annorū: et leonē adolecentē edocebat: verū dūz heresi arrianozū sub constantio vigen te edictus esset: vt officē per vnūuersum orbem eiusdē secte fierent: ipsiq; sancti milites carbo lic: quibus erat cor vnum et anima vna in dño: cum alijs suis cōmilitonibus apud siciliā degerent: multis circumquaq; dispersis fidelibus ob persecutionem: ipsi sancti cephaloniā deuenē sunt. Et decreto habito ab alijs discedere: solt q; xpīsto militare: ad samū insulā sibi iuxta pos firmā abierunt: vbi ruberū densissimū inuenientes: idem sancti locum solitarium elegerunt. Sed pro tunc cōmilitonibus discedere non valentes: vna cum eis ad italiā nauigarunt. In deq; discedentes occulte: reuersi samum intra uerunt ruberum partēq; templi vetustate diru pti sibi idē repertam habitare ceperūt: penitētie operibus ac contemplationi vacantes: vbi post tēpus aliquod oratione facta: omnes eodem die feliciter obdormierunt: videlicet. ix. kalēdas septembriū. ¶ Michael hō ipius insule nobilitis et ditissimus elephāta lepza laborantes: dum a medicis liberari non posset: ad dei auxiliū oratione confugit. Qui per visum apparuerunt tres viri in specie angelica eidem mandantes: vt corpora eozum que dudum inhumata iacuerant: et a porcis stercozibātur tumulare deberet: et sic sanitates perciperet. Qui euigilans et nota sanctorū et locū ignorans: mane bubulcū reppit: q; eidē michaeli retulit: q; dum iuxta rupem quandā porcos pasceret et vñū ex arege fugientē insequeretur: mirā fragrantā sensit. Ingressusq; ruberū tria corpora sanctorum inhumata et oīno in corrupta vidit: a quibus odor ille maximus exhalabat. Ille hō ipsa esse sanctorū corpora: qui sibi nocte apparuerant intelligens: equū ascendens: bubulco duce locū cōditū adiit: et corpa fulgētia reppit: que deosculans mundationē recepit. In quo loco monasteriū de proprio cōstruxit: et ipa corpora honorifice condidit. Postq; idem sancti sibi apparuerūt in habitu: videlicet quo in mūdo fuerant conuersati: vitam et nomina sua ac diem obitus eidem per ordinem enarrantes. Que oīa michael scripture mandauit. ¶ Pro cessu hō temporis duo ex ipis corporibus a ve

netis dicuntur fuisse inde lenata: et venerlas ad monasteriū sancti zacharie delata sancti gregorij et theodozi: vbi in eadē arcella post altare manus requiescunt: vna cum corpore sancti zacharie. pphete patris iohānis baptiste. ¶ Leonis autē corpus apud samum adhuc habetur.

**De sancto Sidonio episcopo. Cap. cxiij.**



**Sidonius**

**S**apollinaris episcopus aluernesi. floruit tpe childeberti regis. Hic et prefecto antistes: vir fm seculi dignitatem non infirmus literarū sapientia ac disciplina peritissimus fuit: qui multa opuscula purilla digessit. Epistolarum enim grande volumen ad diuersos: serabro sed erudito sermone condidit. Item panegyrica metra antoni augusto: et maioriano augusto: et adiuro imperatoris socero suo. Scripsit et causarum librum vnum. Item libru ex cursatorium ad iaram clarum felice. Epithalamium ruricio et hibernie. Epigramma ad virum clarum karolinum. Epigramma ad imperatorem maiorianum. Epithalamium polemio et araneole. Euchariston ad sanctum episcopum. Epigrammata. v. ad diuersos. Properion ad libru suum. Librum pontij leontij. Tandem narbone. verbis conclusit. Qui et primi iustini tempore debitum soluit humanū in xpīsto quiescens. ix. kalendas septembriū.

**De sancto Tito discipulo. Cap. cxv.**



**Titus discipulus**

**T**itus beati pauli apostoli fuit: cui idē apostolus speciales epistolā dirigit. Huius vtrā scripsit zenas legis peritus: cuius idem apostolus eadem epistola iij. cap. mentionem facit. Qui a minore rege crete generis duxit originem in eadem insula nobilitibus ortus. ¶ Desiderans autem homerij et aliorum philozophorum poemata: vacans circa illa: cum esset annorum. xx. audiuit de celo sibi vocem illapsam: q; oportebat eum inde recedere: et animam suam saluare. Post hec nonem annis elapsis: iussum est sibi: q; sibi eate leges ret vbi dicit. Renouamini a me insule mulier: israel seruabitur a domino eterna salute. Misus est itaq; ab auunculo suo proconsole crete herosolymam: audire et videre de miraculis iesu christi. Qui abiens vidit passionem xpī: resurrectionem: atq; ascensionem: et spiritus sancti